

ne oderis, tunc amasti. Noli amare in hac vita, ne perdas in eterna vita. Idem, tract. 51. in Joann.

Dilce amare te, non amando te. Idem. Prima hominis perditio fuit amor sui. Idem, Serm. 47. in c. 7. Matth.

Si totum hominis bonum est amare Deum, totum hominis malum erit amare seipsum. Idem cap. 26. Manual.

Fecerunt civitates duas amores duo; terrenam scilicet, amor sui usque ad contemptum Dei; celestem vero, amor Dei usque ad contemptum sui: illa in seipso, haec in Domino gloriatur. Idem, lib. 14. de Civit. c. 28.

Nescio quo inexplicabili modo, quisquis seipsum, non Deum amat, non se amat; & quisquis Deum, non seipsum amat, ipse se amat. Idem, tract. 123. in Joann.

Vitium illud (amor sui) maxime cavendum, a quo tanta mala procedunt. Idem, ibidem.

Fieri non potest, ut seipsum, qui Deum diligit, non diligat; imo vero solus se novit diligere qui Deum diligit: siquidem ille satis se diligit, qui sedulo agit, ut summo & vero perficiatur bono. Idem, l. de moribus Eccles. c. 26.

Anima per odium mundi & sui, proficit in amorem Dei & proximi. Idem, sive quis alius Auditor, lib. de spiritu & anima.

Majus est contemnere seipsum, quam mundum, quem multi propter vanitatem contempserunt. Idem, ibidem.

Tibi Deus placere non poterit, nisi tu tibi displicueris. Idem, in Psalm. 102.

Cum recte diligimus, nihil in rebus conditit, anima nostra carius amamus. Greg. l. 3. Moral. in Job 11.

Scimus quia vehementer claudis oculos cordis, amor privatus. Idem, Homil. 4. in Ezechiel.

Fortasse laboriosum non est hinc relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum: minus quippe est abnegare quod habet, valde autem multum est abnegare quod est. Idem, Homil. 32. in Evang.

Tanto amplius se quisque amat, quanto amplius se pro Deo amare non amat. S. Leo.

Quam difficile reperimus qui ordinato amore velint diligere se! Nemo certe diligit se, qui Dei mandata negligit, qui ipsius voluntatem implere non satagit. Laurent. Justinian. de Discipul. Monach. cap. 22.

Ille profecto sanctus est, qui voluntati propriae renunciat. Joannes Climacus.

Fuge sanguisugam hanc, & omnia vel quibus: haec enim omnia trahit ad se: pone hanc, & jugum quam multiplex abiecit. S. Bernard. Serm. 71. in Cantic.

Stipendium amoris proprii mors est; initium omnis mali. S. Basilus.

Scito quod amor tui ipsius magis nocet tibi, quam aliqua res mundum. Ex lib. de Imitat. Christi, l. 3. cap. 27.

Ex hoc vitio, quod homo seipsum nimis inordinate diligit, pene totum pendet, quidquid radicaliter vincendum est; quo devotio & subactio, pax magna & tranquillitas erit continua. Idem, l. 3. c. 52.

Melior & sanctior nostri amor locum in nobis accipiat; nec enim fuerit quo intrat ad te amor Dei, nisi exulet amor tui. Idem, l. 3. c. 5.

Non se diligendo magis diligit, qui propterea non se diligit, ut eum diligit, de quo vivit. S. August. Serm. de S. Laurentio.

Habent parvuli originale peccatum, non per animam, sed per carnem usque contrarium, animaque seipsum; carni namque ita unitur anima, ut cum carne sit una persona. Idem, l. 6. contra Julianum.

Concupiscentia seu libido, nihil est aliud quam rei creatae desiderium, cujus impetus mortiferus, anima ante gratiam patitur, invidia compellitur pati post gratiam. Idem.

Concupiscentia nato quidem inest, & obest; renato autem inest quidem: sed obesse non potest. Idem, l. 3. de Gratia & Peccato, c. 38.

Peccatum vocatur (scilicet concupiscentia) quod & peccato facta est, & quod peccatum, si vicierit, facit. Idem, l. 1. ad Bonifac. c. 23.

Admodum legitime factum est, ut homo, qui non sibi obedire Domino suo, non ei servit caro eius. Supra te Dominus tuus, infra te caro tua; servi peccatori, sed servit tibi in se, or: contempisti superio-

rem; torqueris ab inferiore. Beda, in Epist. ad Rom. cap. 8.

Hoc peccati nomine appellat, unde oriuntur cuncta peccata; id est ex carnali concupiscentia: quidquid enim est peccatorum, in diis & cogitationibus, in factis, non exoritur nisi ex mala cupiditate. Idem, ibidem.

Lex peccati dicitur concupiscentia, quia suadet peccata, atque ut ita dixerim, jubet. August. l. 1. x. operis imperfecti.

Nonne hinc apparet, in quod velut pondere suo, proclivis & prona sit vitiosa natura? August. l. 22. de Civit. c. 22.

Voluntatem dico propriam, quando quod volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus. Bernardus, Serm. 3. de Resurrect.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia ad hoc argumentum depromi valeat.

A Mor proprius, generatim loquendo non aliud est, quam naturale studium voluntatis, quo rapimur ad id inquirendum, quod nobis utile commodumque fore censemus; quamobrem amor concupiscentiae vocatur, ut distingatur ab amore gratitiae, quo bonum aliquid cupimus, non propter nos quatenus nobis est utile, sed quatenus utile est alteri cuiquam, quem benevolentiam complectimur.

Ne quid in hoc argumento confundatur, duplex distinguendum est amoris proprii genus, quorum alterum rationi conforme, iustum est, & rectum, charitas videlicet, quam nobismetipsis debemus; iniquum alterum, cum nosmet inordinate diligimus, atque in id unum incumbimus, ut per fas, & nefas cupiditatibus nostris satisfaciamus. Hoc in sensu amor sui plerumque usurpatur, licet generatim in utramque partem accipi queat. Amor sui ordinatus, & conformis Legi Dei naturali precepto jubetur, quod JESUS CHRIS TUS (suppositivus videtur precipiens, ut Proximum tanquam nosmetipsos diligereemus: inde enim sequitur, nos posse, immo debere rationabili amore nos prolequi; quandoquidem ratio amoris, quo Proximum diligendus est, illum statum tanquam exemplar, ac normam. Neque mireris, quod Deus nullum explicite preceptum irrogaverit amoris hujus erga, ac rationabilis, quem nobismetipsis debemus vel in veteri, vel in nova lege; cum quippe satis doceret naturalis; verum necesse fuit prohibere nimirum eisdem amoris effectum; quod enim ad principium ejusdem attinet, nobiscum natum est, & naturae nostrae quodammodo insitum.

Hinc sequitur, quemadmodum Fides, Theologia, & experientia nos docent, hunc amorem proprium, quatenus in malum, ac sensibilia bona nos rapit, esse in omnibus hominibus generatim, quin aliquis, una excepta Dei Matre, quantumvis sanctitate, & gratia flourerit, eodem immunis in hac vita fuerit, vel sit; hic enim est originalis peccati effectus, qui omnem naturam humanam corruptit atque perturbavit: (in quo omnes peccaverunt, Sanctus Paulus inquit) & hujus peccati effectus adhuc permanet in nobis post Baptismum. Hinc inferendum est quemlibet hominem in omni, & toto eo quod est, esse corruptum, animam cum omnibus facultatibus suis, corpus cum sensibus omnibus esse perturbatam, ac totum hominem in Auram fecisse rectitudinis ejus, qua originalem justitiam servare poterat; & illius facilitatis, qua ad Deum omnibus factis, votis, & cogitationibus poterat evehi. Ita amor, quo seipsum prosequitur, non solum permanet semper, sed in illo radices jecit, ac seque tanquam virus effudit in omnem animam, & corpus, & ipsam etiam illius essentiam pervasit, cum nulla sit actio vel anime, vel corporis, vel interior, vel exterior erga Deum, erga nos, erga Proximum nostrum, erga quamlibet creaturam, ubi amor proprius sese non immisceat, ac suum venenum inpergat.

Quamvis Theologi concupiscentiae tot affixerint nomina, quot peccatorum est causa, & quilibet illam exhibeat prout vel in alio deprehendit, vel in seipso experitur, in hoc tamen omnes consentiunt, inter omnia illius nomina hoc amoris proprii esse praestantissimum, ac praeter ceteris melius ejusdem naturam exprimeret. Quemadmodum enim

Amoris proprii notio, & definitio.

Duplex amoris proprii species, altera proba, altera improba.

Amor proprius non aliud est, quam concupiscentia.

Charitas virtutes omnes complectitur, ita amor proprius omnia vitia comprehendit; quemadmodum Charitas nos Deo coniungit, ac nos a nobismetipsis dividit, amor proprius illius inimicus nos a Deo separat, ac nobismetipsis adnectit, quemadmodum denique Charitatis nihil antiquius est, quam Deum amare, & ut ab omnibus ametur, etiamque amor proprius non violentius in homine gignit desiderium, quam ut seipsum diligit, efficiatque ut ametur ab omnibus, & omnes illius cupiditatibus vellicentur.

Voluntas nostra cum propter libertatem, & imperandi facultatem sibi a Deo concessam, sit tanquam omnium facultatum nostrorum motrix, & quidquid in nobis est, ab illa ejusque mandatis pendet; illius error pro amoris proprii errore saepe desinitur; & profecto quidquid amoris proprio tribuitur, reciproce tribui potest propriae voluntati, uterque eadem mala parit, eisdem gignit effectus; ideoque Sancti Patres, atque Theologi passim utrumque confundunt, ut dictum est, ita ut, vel unum, & idem sent, vel alterum ex alterius motu operatur, & utrumque eadem cura regere oportet.

Inde autem fit, ut amor proprius perniciosissimus sit inimicus noster, quod licet in nobis sit, atque, ut ita dicam, nobis medullitus inherreat, tamen adeo occultus, & abditus est, tam callide, atque subdole se ipsum tegit, ut oculos nostros fallat, & summa cum difficultate deprehendatur, primum enim, quod animae insert malum, cecitas est, ne videat artes, quibus utitur, ut eo, quo contendit, perveniat, ita ut sine peculiari Dei gratia, atque lumine speciali, illum animae detegere nequeat tunc etiam, cum agit ex illius consilio, episcopo sequitur motus. Quae cum ita sint, illa nequaquam omnes fas exerit vires, ut, quam non novit, evertat; immo saepe illum virtutem esse putans, fovet, & nutrit.

Quamvis amor proprius omnino charitati adversetur, vel potius illius sit aperitissimus hostis, nihil tamen adeo charitatis effectus imitatur, quam effectus amoris proprii; ita enim eadem insinuat via, ut illa, in quam charitas nos impellere debet, melius nequeat intelligi, quam si illa videatur, quam amor proprius suam gratiam utilitatem, atque ad finem; quem sibi proposuit contendens amplectitur. Bonum cupit, odit malum; querit, capite confilia, quibus illo quidem fruatur, hoc autem enigmat; zelum furoris, ne suum testatur, ut propositum sibi finem assequatur, nunquam fatigatur, bonum a malo scite discernit, & electio conscientiam, quibus utitur, satis ostendit, eidem conscientiam, atque prudentiam non desesse. Totum ergo inter utrumque discrimen positum est in causa, & fine, quae ex duabus actionibus, quae eadem profus videntur, alteram virtutem, alteram virtutem constituit; exempli gratia; charitas alienis subvenit necessitatibus propter Deum, qui jubet beneficis suis nos referre gratias proximo ferentes opem: similiter illis amor proprius optulatur propter speciem utilitatem: quae actionum conformitas? Certe dici potest, nulla esse bona opera, quae nobis suadet charitas Deo placere studens, quae ipsa amor proprius suadere minime possit; ut hominibus placeamus. Itaque unus est acutus, & perspicax oculus Dei, qui exterius non afficitur specie, sed judicat de intentione, & qui bonum a malo, & a vitio virtutem discernit.

Deus unus, qui universa creavit; cum rebus omnibus tribuerit essentiam; illas extra se produxit, tanquam eorum principium, & propter se, tanquam eorum ultimum finem: universa propter se operatus est Dominus. Ita in innocentiae, & rectitudinis statu, in quo a Deo creatus fuerat homo, quemadmodum a Deo proficerebat; ita recte tendebat ad Deum, ac seipsum cum omnibus facultatibus suis ad illius gloriam referebat; voluntas ipsius Deum super omnia diligebat, atque ad illum actiones, voraque omnia dirigebat. Deu comedisset, seu quiescisset, seu aliud quodpiam fecisset, ita dispositus erat, ac si secundum naturae suae propensionem in ea rectitudine creatae sibi in rebus omnibus proposuisset Deum tanquam finem suum, & non quaevisisset se ipsum. Peccatum vero rectum hunc ordinem subvertit, atque admirabilem hunc concentum perturbat, ita ut homo qui cum in primo illo statu rectus esset, Deum suum super omnia diligebat, & ad supremum hujus

Houdry Bibl. Tom. I.

Entis gloriam seipsum, & omnia referere, mox erga seipsum incurvatus se magis quam Deum, & reliqua omnia diligit, atque hujus amoris proprii vi sibi uni vacat, se unum cogitat, ac in rebus omnibus se unum perquirat.

Vera, & immediata peccati causa inde repetenda est, quod cor nostrum inordinate creatur, vel fluxu, & perituro alicui bono adhaeret, idque in causa est, ut actio quaelibet criminosa procedat ex inordinato boni alicujus naturalis amore, qualis est voluptas, divitiarum, honores. Haec sunt ipsissima S. Thomae verba l. 2. qu. 77. art. 4. ad 5. Inordinatus amor sui est causa omnis peccati: in amore autem sui includitur appetitus boni, unusquisque enim appetit bonum ei, quem amat, unde manifestum est, quod inordinatus appetitus boni est causa omnis peccati. Dixerat autem superius. Quod autem aliquis appetat inordinate aliquod temporale bonum, procedit ex hoc, quod inordinate amat seipsum: hoc enim est amare aliquem, velle ei bonum. Unde manifestum est, quod inordinatus amor sui est causa omnis peccati.

Amor proprius quodam in sensu est, quaelibet passio, quodlibet vitium, & quodlibet peccatum: est enim inordinata affectio bonorum cupiscentumque generis, quo sensus, imaginationem, appetitum, mentem, animumque illicent; idque contra conscientiam, quodcumque obest interdictum, quodcumque imminet periculum laedendi Deum, & Proximum; & contra odium est eorum omnium, quae sensibus, commodis, voluptatibusque propriis opponuntur. Desiderium est boni, quod non obtinetur, & quod cupitur, & fuga eorum omnium, quae dolorem tadumve in Divinae legis observantia possunt afferre. Timor est mali, quod praevideatur, ac imminere putatur, quod aequo animo, ac libenti serendum esset secundum Deum; ideoque simul est temeritas flocci faciens eas omnes difficultates, eosque labores, qui ferendi sunt, ut quis fibimet satisfaciatur. Ira est, quae furit in id omne, quo prohibetur, vel quod optati boni possessionem, vel differt, vel praecipit. Gaudium est, quod in ejus boni possessione percipitur quod vel nefas est, vel fas tantum, si referatur ad Deum; eademque de causa tristitia est, vel dolor mali, quod quis ante patitur, & invidus. Spes est boni, quod nos affectuosos confidimus, licet plurimae obdunt difficultates viribus nostris freti. Adde etiam potest hanc saepius esse desperationem: sed ad extremum hoc malum non perveniri, nisi per excessum amoris, quod cupidissime persequimur, & quod obtinere non possumus. Simili inductione ostendi etiam potest, amorem proprium quodlibet esse vitium, atque peccatum; nonne enim Superbia appetitus est excellentiae inordinatus; Avaritia inordinata appetitus divitiarum; Luxuria delictiois carnis appetitus; Invidia, & zelotypia amor proprius ex alieno bono condolens: Tristitia de bono proximi; Gula, cibi, & potus inordinatus appetitus; Ira amor proprius ultionem querens, appetitus vindictae; Acidia, amor proprii quietis; Tristitia & sedium actionum laudabilium &c.

Si quodlibet vitium est amor proprius, ergo quaelibet virtus est amoris proprii abnegatio; contrarium enim nunquam magis elucefcit, quam ex contrarii sui comparatione, si alterum alteri opponatur. Igitur si cognoscitur malum, quod avertit amor proprius, hoc nempe vitium universale privatione boni virtutum omnium, quas auferit, quaelibet virtus spectari debet tanquam amoris proprii destructio, qui insinuat, & aliquam quodammodo sui partem amittit, ubi vitium aliquid singillatim evertitur. Cum autem ille quodcumque irrepit, atque omnibus bonis etiam operibus nostris se immisceat, & parum absit, quominus illas intentiones, quas inspirat; impuritate depravat, atque corrumpat, seu in ipso actionis primordio, seu, si non ita feliciter cessarit, in medio, vel fine, opus est, ut quaelibet virtutis habitus corrigit, atque restituet omnes actiones nostras ita ut omne vitium radicibus evellatur, quemadmodum amor proprius justitiam omnem convellere adnititur.

Spiritualis vitae Magistri absolutissimum, quam anima de amore proprio victoriam reportat, sui abnegationem appellat. Neque ratio deest, cum enim inordinatus amor in anima, & corpore nostro alte adeo radices jecerit, illum impugnare non possumus, nisi omnium facultatum animae nostrae, sensuumque omnium corporis mortificatione, ne-

Amor proprius est principium omnia peccati secundum D. Thomam.

Amor proprius omnibus virtutibus adversatur.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.



que victoriam referre, nisi postquam utraque & rationi & Divinae Legi subiecerimus. Ad id autem omnia auferendum est earum rerum usus, que Legi Dei adversantur, ac interdenda quæcumque voluptas ex creatis objectis percipi potest; quod in Scripturis fuit abnegatio, & mortificatio vocatur, & profectio mortis species est quadam, nam per hanc vim, quam sibi quisque facit, moritur vitæ sensum, ut vitam spiritus vivat. Ita Evangelium, & Sanctus Paulus loquuntur: *Si quis vult post se venire, abneget semetipsum.* Matth. 16. *Si scilicet carnis mortificaveritis, vivetis.* ad Rom. 8. Nosmetipsos deserimus, & quodammodo annihilamus, ita ut nos non sumus ultra nos ipsi, amorem proprium, & corruptæ naturæ studia addicentes.

Illud autem nos cogit, ut hunc amorem proprium mortificemus, quod non alia nobis ratio suppetit internæ pacis acquirendæ, sine qua Deum possidere non possumus. Homo in statu innocentie maxima tranquillitate perfruebatur, cum inferior anima pars omnino rationi pareret; donec calamitosus ille Dei mandata perstringens repente hac caruit prerogativa: tunc enim anima illius, quæ antea suavissima hac pace perfruebatur, tumulata, & confusione fuit perturbata. Profecto æquum erat, ut quia Domino suo desererat, concupiscentiæ suæ, in quam antea absolutum obtinebat imperium, rebellionem experiretur; & qui pacem cum Deo fruerat semper ea agitatione, quam amor proprius in eodem parit, irrequietus versaretur. Sed ratio efficiens, ut suavis hæc tranquillitas revivificet, & felix status ille refloueat, hæc est, ut amor proprius ita mortificetur, ut animæ nostræ pacem ulterius nequeat perturbare; cum enim illum non cohibemus, ipse dominatur nostri; e contra vero cum per mortificationem illum Divinæ legi subicimus, efficiuntur domini nostræ tranquillitatis, atque totidem veluti Reges; quandoquidem hoc nomine Scriptura eos appellat, qui passionem, & concupiscentias suas subegere.

PARAGRAPHUS VI.

*Delicti ex Affectibus, Neotericisque Concomitantibus loci in hoc argumentum.*

Amor proprius, qui & originalis peccato nascitur, est omnium malorum.

EX Originali peccato nascitur tyrannicum amoris proprii imperium, qui in seipsum redit, inordinata affectione se magis, quam reliqua, immo magis quam ipsum Deum diligens. S. Thomas ait, saltem hunc amorem peccatis omnibus, quæ in terris parantur, immisceri, eorumque originem, & causam esse: quod verissimum est; nemo enim peccat, nisi ut eo, quod amat, & quod Deo, ac præceptorum eius observantiæ anteposit, bono pertrahatur. Flagitia quæcumque in mundo grassantur, mali sunt fructus ex hac mala arbore nati. Hinc fluit ingens illa sollicitudo, qua omnes homines res suas currunt, & mira ea negligentia, qua quidquid pertinet ad Deum siccè faciunt; hinc illa facilitas ad iracundiam, ubi vel minimam suo honori labem inferri putent; cum interim parum Dei honore moveantur. Hinc adeo sunt ardentes in iis, ubi res agitur sua, & adeo ignavi in iis, quæ ad Deum pertinent; nulli unquam labores ipsi videntur difficiles, ubi aliquam sperant utilitatem, & propter Deum ne pedem profere quidem volunt: ob minimum temporarium bonorum acquirendum omnem operam, ac nervos intendunt; ac negotium illis minime facessit animæ bonorum, quæ ad immortalitatem provehunt, iactura; tantopere voluptates, & solatia deperunt; laborem, virtutemque averfantur, atque ut verbo me expediam, indefinenter laboribus exercentur, ut præsentis vitæ commoda inquirant, futuræ autem vitæ beatissimam requiem ne cogitant quidem. *Grægorius lib. 6. Memorialis Sermonis de cognitione sui.*

Amoris proprii descriptio, atque character.

Amor proprius est amor sui ipsius, & rerum omnium propter se; homines efficit sui idololatrias; nullam extra se requiem nanciscitur, neque in externis obediens immoratur, nisi tanquam in floribus apes, ut, quod melius, exulgent. Nihil vehementius votis ipsius, nihil efficacius consiliis; eius artes describi nequeant, ejus transformationes, atque metamorphoses concipi minime possunt, & iacta sunt vitæ illius. Profunditas ejus nequit attingi, neque abyssorum ejus tenebræ penetrari;

lyncei quoque oculi illum explorare non possunt; sibi invisibilis, concipit, nutrit, fovet, quin id sciat, plurimas affectiones, & odia, quorum quædam adeo turpia, ac monstrosa similia parturit, quæ ubi pepererit, ne cognoscit quidem, vel adduci nequit, ut illa cognoscatur. Ex hac, qua obruitur caligine, ea proficiuntur, quæ de se sibi facta, & ridicula persuadet, & inde errores, ignorantia, & ineptia hac in re. Hæc tamen densa caligo, quæ illum sibi metipsum regit, non obest, quominus perspicue ea deprehendat, quæ sunt extra ipsum, qua in se oculis nostris simillimus est, qui omnia vident, & se videre non possunt. Et sane ubi de re sua agitur, atque in iis, quæ sua maxime interfunt, ubi votorum suorum vis omnem intentionem deposcit, videt, sentit, audit, suspicatur, penetrat, omnia divinat &c. Vota ipsa ab illo potius, quam a specie, meritisque obiectorum cientur; gustus ipsius pretium est, quod commendatur, & fucus, quod decoratur; denique post seipsum currit, & suam persequitur voluptatem, ubi illa sequitur, quæ ipsi placere. Imperiosus est, & obediens; sincerus, & dissimulatus; misericors, & crudelis; variæque habet studia pro temperamentorum varietate. Inconflans est, & præter mutationes, quæ illi ab externis accidunt causis, plurima in ipso, & ex ipso nascuntur. In omnibus vitæ statibus, & conditionibus reperitur: ubique vivit, ex omnibus vivit, & ex nihilo; & ubi vincitur, & jam deletus existimatur, in ipso cordis lux triumpho invenitur. *Le Duc de la Rochefoucault.*

Cogita, quam difficile sit seipsum rite cognoscere, & e contra quam facile decipi, atque nimis lenè de semetipsum proferre. Quis nescit amorem proprium rebus personam inducere, & naturale studium, quo nosmetipsos plurimilaciamus, efficere, ut defectus nostros se non videamus, virtutes vero nostras, nimis etiam, ut ita dicam, videamus? Duplex nobis pondus est, & statera duplex, altera pro peccatis, quæ pro viribus imminuimus, illa extenuantes, excusantes, & ad nihilum se redigentes; altera pro bonis qualitatibus, quos summa animi lætitia exageramus illas sexcentis undequaque petitis coloribus linientes, ut oculis nostris perplateant, atque infinite ultra naturalem ipsarum ideam amplificantes. Refert legitur nostra serio nosmetipsos introspicere, ne in hujusmodi illusiones prolabamur. *Liber cui titulus, Examen semetipsius.*

Quæcumque ex te habere possis lumina, ubi hæc tantum non alia sequeris, periculum adest, ut vel erres, vel labaris. Amor proprius, qui nos quocumque sequitur, ubique incerta effundit lumina, quæ efficiunt ut in singulos gressus cespitemus. Modo secreta vanitas nos excacat, & ad id adducit, quod ridiculum est, credentes id, quod malignum est aucupari; modo concupiscentia aliquid nobis exhibente sub ea specie, sub qua illud invetri gaudemus, insubilitiam lacimus, cum illam pati putamus. Modo agendi nimis sollicitus ardor nos precipites in ea mala tradit, quæ facili negotio evitavimus, si lentius agere placuisset. Modo ambitio breviorē arripere viam contendens, atque efficiens, ut agamus, antequam certum consilium ininitum sit, eo nos trahit, quo pervenire nunquam cupiebamus. *De Saey l. 2. Tractatus de Amicitia.*

Sapientes omnes postquam hominem diligentius inspexere, intellexerunt, primum, & fortasse unicum etiam hominis studium esse amorem proprium. Quodcumque consilium capiat, quidquid dicat, vel faciat, seipsum tanquam obiectum, centrumque constituit, quo omnia collimat, ac referri debeat. Hic proprius amor sexcentas induit personas, ex quibus alia minus, alia magis horribiles sunt, sed sub earum varietate eandem semper retinet personam. Donec ille non abjiciatur, nunquam recta capi consilia poterunt; humanum cor ea ex parte vertendum est, quæ illius spectat utilitatem, si motus illius vividus esse cupis, atque diuturnos. *Idem.*

Amor proprius, qui deceptos homines in omnibus eorum gestibus sequitur, illis ita os sublinat, ut eis persuadeat, ipsos juxta recta principia operari, eorumque opera iusta esse. Secreta voluptas, quæ perfunduntur, ubi se laudari audiunt, amor ille, quo vitæ commoda deperunt, tristitia illa, quæ ad minimum paupertatis suspitionem anguntur, inordinata ubique dominanti cupiditas, omneque

Nos amor proprius excacat.

Amoris proprii luxurians.

neque in sententiam suam redigendi; denique illa oblectatio, qua identidem sua facta intuentes complacent sibi, illis nequaquam probro dignæ videntur. Si illos audis loquentes; nihil rectius fingi potest ipsorum vivendi ratione. Cum laudantur, in ipsis laudatur Deus; cum eorum facta celebrantur; ea bona est opinio, quam meritis suis charitas tribuit: cum laborem, & curas auferunt, id agunt, ut sepe penitus devoveant Deo; cum supra cæteros superiorum aliquem gradum affectant; tunc ob proximi utilitatem operantur. *In Oratoriam collectione, quæ Academiæ Parisiensis oblata fuit anno 1685.*

Hodie factæ virtutes veris vitis minime sunt pauciores; & charitas præsertim, quæ in praxi magis est necessaria, latiusque patet, quibus etiam illufionibus est obnoxia. Hæc hodierna die in plebiscitis fidelibus non est amplius cœlestis illa virtus, quæ omnia refert ad Deum & propter illius gloriam operatur; mera quippe est amoris proprii mercatura; hominibus non gratificamur, nisi quod cum honore par pari relaturus speramus; si illis nostra præstantur officia, vicem exigimus, ipsaque amicitia in lucro ponitur. Nonnumquam solum animi studium nos rapit; alienis tangimur ærumnis, esseque vel secreta propensione, vel naturali miseratione opem ferre studemus. *Idem Serm. 6.*

Videntur etiam nonnulli immortalificari iis etiam in præceptis mortificationis, quæ alitradunt, ubi propriis tantum commodis student. Difficile est mente affectu quo usque progrediatur amoris proprii calliditas in Religioso viro imperfectioribus obnoxia, & sanctitatis auram aucupante. Quodnam studium ad ea omnia diligentissime femovenda, quæ in statu suo molesta sunt? Quanam secreta præcautiones? Quanam ars, ut in omnibus suam faciat voluntatem? quanam sollicitudo, ut eo, quo conatur, perveniat? quanam cura, quod labores, quot simulationes, ut omnia commoda sibi perquirat? Assidua, atque delitix in ipsa etiam paupertate inventiuntur. Omnia ad optatum finem detorquens ipsa exegitate sua fidei reverentiam conciliat; quo vero mirum videri debet, illud est, quod gloria Dei proprie illius gloriæ subordinata color est perperetur, quo suos etiam defectus probat, ac tegit. Inde illa confusio adeo omnia, quæ ad vitam necessaria sunt, sollicite perquirendi, ac modeste conquirendi, si quid molestum acciderit: inde secretum illud odium, quod simulata invidia, qui emendat vitæ statum ingressi, eundemque zelum professi majoribus nitent meritis, atque virtutibus; inde ille intolerans cachoetes labores suos indefinenter exaggerandi, quos opera sua opportune importune laudibus extollendi. Qui hunc hominem audiat, miraculi instar, puter, opus est, illum pondere nequaquam vinci, & zeli sui ardorem non absumi; Qui vero illum diligentius intus, & in cute perpendat satis merent, atque inutilem esse deprehendat, Proximi sui salutem ob id inquitentem, quia propria utilitati conjunctam, ac zelum suum ad urbanitatis, ac sanitatis consilia regentem. *P. Croiset in Spiritualibus Operibus.*

Omnia animæ vitia, & passiones diligentius excute; in illis tandem amorem proprium invenies. Hinc illa ortum ducunt, & omnes vitiorum causæ hinc repetendæ sunt, quod ea quærimus, quæ nobis obtinet locum inter cognitionem, affectionemque nostrarum objecta, & quod illis vitam ætateque avertit, & aufert. Ubi enim dux passionis violenter digladiantur, hinc exempli gratia metus, primum tantummodo consilii, utram sequatur, & ultionem necessariam esse, vel secus judicaverit, ne utendam esse decernit. Dici immo potest, amorem proprium in virtutum, ac vitorum definitione essentialiter adeo inveniri, ut sine illo neutra factis valeant intelligi. Generatim quippe vitium est prælatio sui metipsum reliquis omnibus, & virtus prælatio videtur a iorum sibi metipsum, videtur, inquam, re enim vera liquet virtutem esse modum semetipsum amandi præ cæteris magis nobilem, atque sanctam. Quid vero dici potest de ea passione, ad quam incompotia omnia studia nostra referuntur, ad quam vitia omnia rediguntur, & quæ his & ortum, & occasum tribuit, eaque fr-

nat, & cohibet, nisi eam esse generalem perturbationem, unde omnia nefaria opera proficiuntur, atque primam esse omnis nequitia, & corruptionis nostræ radicem? Liber cui titulus: *Amor proprius, seu semetipsum. Pars secunda.*

Oculos habemus, sed nobis; nos ipsos videmus, & oculis circumferimus; quod nobis prodest, inquirimus, in quolibet negotiorum genere nosmet, & quæ ad nos pertinent, intuemur. Utilitas animi, vitæque nostræ magnæ est; illa actionibus nostris motum impertit, ita ut in iis etiam bonis, quæ magis spiritualia, & defacata censentur, nosmetipsos a nobis amari innoescat. *Idem.*

Ea res, qua maxime cor humanum afficit, utilitas est; cætera, quæ extrinsecus accedunt, illud concutere possunt, non autem possunt ipsum determinare, nisi quatenus adhaerent supremæ huic passioni amoris proprii; nam ex quo homo peccans se ipsum tanquam finem assumpsit, se ipsum tantummodo diligit, & si quid extra se diligit, propter se, & propter speratam inde utilitatem tantummodo diligit. Gratiitudinis, amicitia, ipsius etiam iustitiæ rationes suos habent fines; aliquando nos movent, aliquando vero nos tantum attingunt, prout illis nostra refert; sed insignis alicujus utilitatis ratio fere semper nos trahit, ac in aliarum causarum æqualitate semper præponderat; neque potest quisquam vehementius ad aliquod consilium inveniendum impelli, quam cum propria utilitatis ratio proponitur. *Desumptum ex Tractatu de Religione contra Atheos.*

Amor proprius, qui tot personas gerit, qui modicum, ac zelotem, modo mortificatum, ac penitentem simulat, gellit præteritum verum humilem imitari, & sinefuo hoc dolo in nobismetipsis superbia nostram oculi suos gloriam quærentes, tunc potissimum, cum illam aspernari videmur. Ita peccatum hoc suo nos veneno corrumpit, ac putamus majores esse, quam alii videamur, neque turbamur, nisi quod quibusdam ex causis majores plausus, & elogia mereri putamus, quam quæ ab aliis nobis deterunt. *Desumptum ex Sermone moralib.*

Quemadmodum Deus est rerum omnium principium, ita & finis eorum est, & sicuti omnia ab illo procedunt, ita omnia ad eundem reverti debent. Nos tamen universa ad nos revocamus, atque jugiter ad nos redeunt, omnia ad nosmetipsos referimus. Miram amoris proprii perturbationem, qui nihil supra se suscipit, & non aliud principium, neque finem alium præter se videtur agnoscere? *De la Volpière.*

Ex primo illo momento, quo primus hominum parens oblectatus est dolosa illa audiens verba, quæ ipsi Diabolus suggestit. *Erutus sicut Dii.* Genes. 3. se tanquam sui ipsius Deum constituit; amor proprius locum usurpavit amoris Dei, & fuit tanquam pondus, quo undique ad centrum suum, videlicet ad semetipsum rapietur; cum antea in Deum unice tenderet, ac Deum in omnibus operibus suis unice inquireret. Ex eo omnium calamitatum primordio, in se ipsum tantummodo tendit, ac se unum in omnibus quærit actionibus, & quomodo antea a Deo declinare non potuit, nisi vi facta; ita in præsentiarum non nisi vim adhibens ad Deum potest attolli. *Liber, cui titulus: Interioris Christiani Exercitationes.*

Verumne, Deus, est, amorem proprium in operationibus suis adeo celebrem esse, ut voluntatem ipsam prævertat, quæ lentius incedit, & antequam statuerim actionem meam ad majorem nominis tui gloriam dirigere, ejusdem primities ab illo delectatas fuisse; ac necesse esse, ut si opus meum tibi offerre voluero, illud tanquam de latronis manu violenter eripiam? Me miserum! quam mihi doloris, & erubescentiæ occasio esse debet cogitanti, quætescuntque naturali studio rapi me patior, quin mihi eam adhibeam violentiam, quæ rapit regnum Cælorum; nihil a me elicit, nisi propter me, & amoris proprii consilio? Quot actiones in vitæ meæ spatio sine ullo merito exantilat, eo quod non satis ipsius peragendis invigilaverim! &c. *Idem.*

Non amplius ambitur, quin humanarum virtutum pleræque fictitiæ sint, atque mendaces. Licet quædam ab omni quæstu integritatem ut plurimum callidissimam esse avaritiam; liberalitatem, quæ ambitionis esse mercaturam, quæ donata rei donandi gloriam censet anteferendam; modestiam, artem vanitatem suam dissimulandi; urbanitatem

Amor proprius efficit ut commodis non resistat.

Amoris proprii perturbationes.

Amor proprius pleræque virtutes fictitias efficit.

BIBLIOTECA CENTRAL  
U. A. N. L.







ita. In beata illa conditione charitas cum amore proprio erat permixta & homo non verebatur, quin se ipsum amans proximo inferret injuriam; aut post inobedientiam, amor illius naturam mutavit, qui eodem affectu & aliena & propria mercedibus negotia, hoc separare occupat, & oblitus, quod debet Deo, seipsum in Deum exultit; omnes innocentes leges confudit perinde ac solus esset in mundo; societatis suavitatem abdicavit; consilium inibi affectus suos ad propria utilitatis normam instituit, neque aliud amandi, quam quod sibi vel prodesset, vel placeret. Hæc autem perturbatio sese tanquam virus in omnem naturam effudit, & nisi gratia subsidium adhiberetur, ratio sese inde expedire non potest, P. Senault in usu Passionum Tractatu de amore, & odio. Sermones secundum.

Dei Filius venit in Mundum ut amorem proprium everteret.

Dei Filio in terras adveniendi, ibique docenti non alia proposita ratio fuit, quam proprii amoris excidium. illum omnibus præceptis suis impugnavit, neq. e illum ferme ex divino illius ore procedit, quod illi vulnus lethale non inferat; quæ proficitur, se in Discipulorum suorum albo non retulerunt, qui amorem proprium in sanctum sui ipsius odium nota converterit; neque se passurum aliquid in regno suo, qui prælo non sit, ut pro Domini sui gloria vite quoque suæ detrimentum patiantur. Opam excelsam, honorumque desiderium non damnat, nisi quod inordinatum hunc affectum fovet, & alunt, neque jubet inimicos ipsos amari, nisi ut nos ipsos odisse discamus. Mortificatione, & humilitate, quæ sunt doctrinæ ipsius fundamenta in id tantum collinant, ut inordinatam illam affectionem evertant, qua ingenium, corpuse nostrum diligimus. Denique nobis tribuit charitatem, ut amorem proprium tolletet, & in cruce mortuus esset, ut mortem inferret huic inimico, qui tot diffidia, & mala peperit. Ita fatendum est in hoc malo cætera contineri omnia, nullamque in terris flagitium esse, quod inde suum non ducat initium. Idem.

Non solum reor, eum, qui se immodice diligit, bonum Christi affectum heri non posse; verum juxta politicæ, ethicæque leges, virum bonum, bonique civem heri non posse profiteor; justitia quippe omnino in his omnibus conditionibus necessario perquirat, & hæc virtus cum amore proprio subsistere nequit. Postulat justitia, ut æquus homo spiritus sui studa a studiis corporis anteferat, & illi omnia auctoritatis suæ jura tueatur; amor vero proprius, qui carni maxime suffragatur, vult dominum a servo regi, & corpus spiritui imperitare. Postulat justitia, ut vir bonus nunquam ea vota nuncupet, quæ merita sua, vel generis sui ordinem excedant, doceatque ut felix, & innocens sit, desideris suis limites esse circumscriptendos; amor vero proprius econtra præcipit, ut nostra sequamur studia, & ad vanitatis nostræ normam desideria fovamus; alit ambitionem, & ut in animum irrepant, ea quæcumque placent, licere docet. Postulat justitia, ut bonus civis publicam domesticæ præsertat utilitati, prælo sit bonorum subrepturæ iacturam, ac vitam ipsam in discrimen adducere, ut respiciat consulat incolamitati: amor vero proprius efficit, ut homo suæ tantum gloriæ, atque voluptati ferviat; illum omnium actionum ipsius finem constituit, eamque intra seipsum ita concludit, ut ne integrum quidem illi permittat ea, quæ ad rempublicam pertinent cogitare; cui si opellam aliquam præstat, proprie tantum intersert utilitati. Idem.

Tres inordinati amores ex amore proprio procedunt.

Ex amore proprio tanquam malorum fonte tres emanant fluxi terras omnes inundantes, atque terribile diluvium efficientes, ex quo fuga est difficilis; nam ex inordinato hoc amore tres alii amores oriuntur, qui animabus omnibus suam virus inspergant, atque virtutes omnes ex mundo extorres eiciunt. Primus est amor formæ, qui incontinentia vocatur; alterum amor divitiarum, qui dicitur Avaritia; tertius amor gloriæ, & Ambitio nuncupatur. Hi tres infestissimi humanæ salutis, & quietis inimici, quidquid in ipso est corrumpunt, eumque fontem in anima, corpore, bonisque constituant. Difficile quoque est, quodnam ex triplici hoc monstro diffiditissimè sit ad vincendum; quia præter naturales eorum vires alienas quoque recipiunt, quas ex nostris studiis, vel habitibus hauriant, & quæ ita adeo terribilia efficiunt, ut citra miraculum superari vix possint.

Imperat Dei Filius, ut odium sui sit doctrinæ

suæ fundamentum. Nullos in schola suâ Discipulos excipit, quibus hoc præceptum minime tradat: Videtur hoc illi esse consilium, ut scilicet amorem proprium profus eliminet, inconditam affectuonem hanc in sanctum odium convertat: Nos monet fontes esse, & si Divinæ justitiæ zelo flagramus, odisse debere, quod illa detegatur, & in id animadvertere, quod illa punit: Denique odium, & amor duæ illæ virtutes sunt, quæ in ejus schola addiscuntur; sed hæc ita vult institui, ut amorem omnem proximo impendentes nobismetipsis odium tantummodo reservemus. Verum tamen est præceptum hoc in speciem magis, quam re ipsa esse severum, quantumvis enim severitatis præferre videatur, semper tamen suavissimum redeolet charitatem, sub odii nomine nomen celans amoris, præcipiens quippe, ut nosmetipsos oderimus, imperat, ut nos recte diligamus. Idem Sermones sexto de bono usu Odii.

Hic tyrannus est, qui ex peccato natus illius imperit fines proferre contendit, atque omnes homines tanquam servos eidem subjugat. Thronum illius in anima statuit, ejus tenebras menti effundit, nequitiam in voluntatem effundit, & memoriam omnium iniquitatum recordatione refecit. Quoniam corporis nostri partibus abutitur, curas omnes ad consilia sua exsequenda impendit, tanta calliditate sese omnibus desideris nostris immiscet, ut egestatibus nostris satisfacere cogitantes, illius pareamus tyrannidi, & rem æquam facere putantes, iniquitatum perpetremus. Si velimus, excelsus, & nimia voluptas adest, si dominimus, formum non necessitas, sed molles in diem multam producit; si loquimur, non charitas, sed oblectatio verba depromit; & quod pro valetudine nostra præstare putamus, sæpius nostræ voluptati tribuimus. Idem in Homine criminoso. Sermones de corruptione Naturæ per peccatum.

Potest quidem gratia concupiscere, atque amoris proprii in hac vita vim imminuere; sed hunc omnino tollere vix potest. Sancti quoque legi secundum illius sævissimum genuit imperio, & contra inimicum viribus adeo ferocem mortis invocant subsidium; & scientes animam, donec in hoc inclusa est carcere, eodem liberari non posse, inde egressi flagrant. Denique pro cumulo malorum effectuum, quos nobis nefarius hic habitus parit; quemadmodum rami, & radices, flores, ac fructus in uno semine continentur; ita cædes, parricidia, obreccationes, blasphemie, adulteria, & incestus in concupiscencia, & amore proprio comprehenduntur. Quicunque hoc monstrum in sinu suo gerit, omnia secum fert peccata, quæ licet explicita non sint, sunt tamen, ut loquuntur Philolopi, in potentia, & quodammodo inchoata; & quamvis nos minime noxios efficiunt, semper tamen efficiunt calamitosos. Dæmon cum hoc fideli improbitatum suarum ministro nihil non conatur; scit ille, quocumque ille recedat, semper tamen sibi unanimum esse, sibi que assentiri. Nemo salutis suæ certus est, donec domesticum huic inimico locum præberit; ac spes nostra semper cum metu debet esse conjuncta, donec gratia infelicissimum hunc nostrum metipsum amorem extinxerit. Idem.

Maximum charitatis consilium, ac præcipuus effectus est hominem Deo ita arte coniungere, ut nihil illum divellere possit, ac tantum amoris in illius anima accendere, ut ibi anorem proprium extinguat, vel in tantum sui ipsius odium convertat. Divina hæc virtus nihil perfectius conari potest; præclara est metamorphosis, præstantissimum est virum ipsius constans; neque potest Deus aliquid ulterius petere ex illis, a quibus diligitur, qui ut perfectus eum diligant, ad ipsum suismetipsum odium pervenerent. Amor autem proprius viam ingreditur viæ charitatis ex diametro oppositam, atque rationibus profus oppositis hominem a Deo conatur divahere, ac illum sibi, vel creatis rebus conparere; atque pro virili delere addititur studium illud, quo anima in Deum suam fertur; quod si nequit extinguere, inlectere conatur, ac videns humanum cor vacuum esse non posse, illi creaturarum exhibet formas, ac pulchritudines, ne Creatoris eximia specie capiat. Idem.

In hoc etiam amor proprio, & charitas opponuntur, quod huic non aliud inest vehementius desiderium, quam efficiendi, ut Deus ab omnibus diligatur, atque in omnia mortalium corda divini hujus amoris flammæ effundatur. Anima enim divino hoc igne succensa sciens a se Deum tam amari

Descriptio malorum, quæ concupiscencia, & amor proprio procedunt.

Amor proprio suam infestit charitatem penitus oppolliam.

Nobismetipsum per adincedendum ut divine gratiæ subsidio amorem proprium

primi in oculis eternis. mari non posse, quam amabilis est, cupit, ut omnes sui corporis partes in corda, & ora convertatur ad amandum, laudibusque celebrandum unicum sui amoris obiectum; verum quemadmodum videt vota sua in irritum cedere, ut suæ suppleat impotentiam, cupit, ut omnes homines omnibus viribus suis illum adament, quem ipsa suis satis amare non potest. Amor vero proprio econtra, qui hominem cogit, ut ex semet sibi Deum efficiat, illi desiderium immitit efficiendi, ut ipse ab omnibus diligatur, quamobrem se tanquam idolum proponit adorandum, & putat verissimam, maximamque terræ hujus felicitatem in eo esse positam, si ab omnibus ametur, laudetur, existimetur, colatur. Idem.

Cur amor proprius tale in nos exerceat imperium, omnia depraverit, optimalque actiones corrumpat, aditri procul dubio videtur, ut illum evertamus, & perniciosa illa vincula infringamus, quibus se nobismetipsos devinxit, quod divina favente gratia obtinere possumus, nisi plene integreque, saltem quantum opus est ad vires illius infirmas, atque prohibendum, ne nobis fructus auferat eorum omnium quæ a nobis bene sunt; illud tamen scientes, animos abdicendos non esse, si post omnes conatus, omniaque contra domesticum hunc inimicum suscepta, victi aliquando fuerimus, ac sæpius ille rebellaverit. Arcte adeo nobis vinculus est, vel ut dicam melius, in nobis atas adeo radices jecit, ut quicunque conatus fiat, in hac vita omnino convelli non possit. Ideo quocumque adhibeatur temperamentum, quocumque remedium usurpetur, quos natura nostra pati queat, hæc semper natura ex semetipsa corrupta est, ac illi agro simillima, qui, quamvis summa adhibeatur ad malas herbas colligendas, evellendasque curæ, recentes semper subinde producit. Quamobrem in altera tantum vita adimplebitur illud, quod Deus per Isaiam cap. 15. pollicitus est: Ecce ergo creco calos novos, & terram novam, homini serviens corpus ex limo quidem effictum, sed ex peccati servitute, ac studio illo, quo naturaliter fertur in malum, liberatum. Quod unum in hoc mundo facere & possumus, & debemus, est, terram hanc farculo emundare, malas herbas convellere; quin posse cogitemus omnino illi eam auferri dispositionem, quam erga peccatum habet, & amorem proprium penitus tolli. Hoc temperamento intelligenda sunt ea, quæ de sui ipsius abnegatione, vel abdicatione, & de christiana mortificatione dicuntur &c. P. S. Jure in libro primo Homini Religio.

De amore proprio id dicit potest, quod Sanctus Bernardus ait de propria voluntate: nullum videret futurum infernum, si nullus esset amor proprius; nullum quippe peccatum esset, cum nihil est amor, ac voluntas Dei oppositum. Quodlibet peccatum est amor proprio, quemadmodum hic amor proprio in potentia est quodlibet peccatum, cum amor Dei sit profus oppositum. Et profecto hic amor est propria rei contra rem, & ut ita dicam, cum iactura rerum omnium Dei; amor est propria voluptatis cum Dei ipsius dolore, ac tristitia. Hoc ipsum de his quæ ad proximum pertinent, dicendum est, cuius nullam rationem habet amor proprio. Utrum aliqua in re proximi agatur utilitas, honor, voluptas nec ne, hoc nihil ad amorem proprio; hæc omnia ille contemnit, dummodo suæ consulat rei, atque utilitati. Hinc licet concipere quantum sit mali amor proprio, ac propria boni sui voluntas, quin ulla Dei, ulla Proximi ratio habeatur; ita ut de ipso dici queat, quod Judæ ille nequam de semet dicit in Evangelio Lucæ 18. Deum non timeo, & hominem non revereor. Pater Camaret libro cui titulus. Purus, Perfectusque Christianismus Tom. 2. Obstatulo 4.

Primum Legis mandatum est Deum unum adorare, tanquam nostrum primum principium, nostrumque ultimum finem, ens summum, & absolute, & a quo reliqua omnia entia dependent essentialiter; quod ea cogit, ut primum illud ens debita veneratione, qua ipsum unum, ut colendum est, recognoscant. Contra primum hoc mandatum amor proprio insurgit; quin enim ad Deum, tanquam finem nostrum referat quicquid habemus, & sumus, quippe qui nihil habemus, vel sumus nisi per essentiam ab hoc principio dependentiam; ad seipsum referre supremum hunc honorem, nosmetipsos in Dei locum constituit. Ita longe decipiuntur si non aliud esse idololatriæ genus arbitramur, quam quæ parvo thure perficitur, quod ante simu-

laerum aliquid adoleatur. Quam materialis est hæc idololatriæ species, quam fatuus hic cultus, si in hoc uno consistit! Putatissime animæ cordicæ humani sacrificium nihilo pretiosius esse quam aliquot granorum thuris oblationem, atque interierem hominem, qui existimationis, & affectionis præstatione sese devovet nihilo magis faciendum exarum, quam capitis inclinationem, vel etiam totius corporis prostrationem, vel aliud quodpiam exterioris cultus indicium? Deus, qui merus est spiritus spiritalium ab hominibus expectit cultum. Hunc vero ipsum nonne amor proprio denegat Deo, ut illum homini, rei suæ, honori, voluptati impendat, ad seipsum tanquam postremum finem, ubi conquiescit, omnia mundi referens bona, ac ita se ipsum creaturam idolum efficiens? Idem.

Quis est ex omnium fidelium numero, qui Divina fretus gratia dicere nequeat: Omnes provoco inimicos meos, ut mihi vel minimum gratiæ, virtutis, gloriæ gradum eripiant, vel minimum mihi afferant detrimentum, nisi voluero? Unus est amor proprio, qui nobis hæc bona valeat auferre. Licet enim Infernos omnes suas vires exereret, & mortales omnes conjunctione facta omnes conatus, atque omnes adherentes, nihil tamen valeret adversum me, nisi amor proprio nonnulli aliquis capis fidei, ac fraude deceptus in eorum partes concesserit. Dæmon quidem tentare potest, Mundus vim potest inferre, caro illecebris sollicitare potest; verum nisi amor proprio assentiri voluero, quid inde? Totidem immo gratiæ gloriæque gradus lucrabor; tantum aberit, ut aliquid patiar detrimenti. Unus igitur amor proprio ignava sensibilibus alicujus boni illecebra captus, vel mali alicujus violentia victus efficere potest, ut spiritalis boni, quod quidem bonorum omnium est maximum, iacturam patiar. Idem P. Canaret.

Si rerum earum, quæ saluti nostræ magis noxia existimamus, inductionem instituerit velimus, ubique nobis amor proprio occurret: Prava educatio magnum profecto malum est; & inter maxima, quæ in Christianis hominibus vigeant, recensendum; verum universum illius venenum, in quo positum est, nisi ut amor proprio excutatur, foveatur, roboretur voluptatibus, & corporis commodis, & oblectamentis, opibus, honorumque fulgore, & illecebra, ad quos nos mala institutio educat contra ea, quæ in Baptismo sumus polliciti? At enim pravum nature studium magis est metuendum! Numquam satis mortificatur, semper reviviscit; & insignia nobis mala parit. Esto, id licet se ita habeat, quidnam pravo huius nature studio vires addit? vel quomodo nam, nisi per amorem proprio, vires exierit suas? Ubi singula excussit, invenies tandem bonum, malumque nature studium non aliud esse, quam bonum, malumve amorem. Diximus jam amorem proprio omnem esse affectum, omne vitium, omne peccatum. Numquid ulterius requiritur, ut nullum nobis inferiorem esse inimicum credamus, nullumque majus saluti nostræ obstaculum esse, quam amorem proprio? Idem.

Adversus internecium hunc hostem concipere debemus odium in omne vite spatium permanens. In memoriam revocate solum eorum, quæ initalit, vel inferre vobis potest, malorum partem, atque fitebimini vobis maiorem esse causam propter quam amorem proprio magis quam omnia Mundi mala, ac perniciosissimos hostes oderitis. Tandem enim quod odium meretur perfidus ille, qui vobis assentatur, ac lethale vulnus infligit, proditor qui vos amplexatur, atque suo in amplexibus vos jugulat; reclus, & dissimulatus inimicus, qui vos deosculatur, & osculo suum infundit? Hæc omnia præstat amor proprio, sed ratione eo majori cum periculo conjuncta quo reditor est, atque occulitur; semper enim est vobiscum; graditur, affidet, vigilat, dormit prope latus vestrum; sedium, & requiem capit non solum prope vos, sed in vobis. Nihil majori dignum est odio, quam proditor; at quinam in terris nequior proditor esse potest, quam amor proprio, qui toties vos prodidit? Nebuloni, ac fraudulento viro nunquam fidem habemus; at vos miseros! qui vos sæpius in fraudem induxit quam amor proprio, qui nunce etiam, dum vos alloquitur, vobis illudit? Desertimini statim omnem hujus inimici nequitiam, omnes seductoris hujus artes, ac dolos, omnes proditoris hujus perfidias. Idem.

Neque satis est, odio, immo irrecconciliabili odio

Amor proprio saluti nostræ periculis adversatur.

Pro viribus amoris

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.



Inferenda est hanc amor proprio, qui nobis necem conatur inferre.

amorem proprium persequi, quaedam mala necessaria sunt, & ferri debent, quodcumque eorum amor odium conceptum fuerit; at aliter cum amore proprio est agendum. Contra enim id consilii tantum capiendum est, ut totis viribus eum conemini evertere, vos aliquo eversurum. Videte cum quoniam hoste vobis res sit: nisi illum de medio abdueritis, vos autem; alterutrum horum necessarium est, vel clades vestra, vel illius; vel interitus vester, vel illius. Numquid mora opus est ad consulendum, & ut certi sitis, quid consilii capiendum? Nonnumquam potest, vobis inferre malum, attamen ille nihil potest, nisi velit, ac vestram ipsi prebent assensum. Nonne hic ille est, per quem maximam, eamque optimam gratiarum Dei partem accitis? Nonne hic plerisque virtutibus, atque meliores actiones vestras corrupit efficiens, ut in illis aliquem oblectationis fructum deciperetis? Cum prohibere minime potuit, quominus gratia cooperaretur, nonne aliquid inanis gloriae, atque voluptatis immisit? Quoties propter Deum incipitis, atque propter vos desinitis? Hoc pacto fortasse melior bonorum operum vestrorum pars interit. Seminastis multum; intulistis parvum. Aggati estis. Multum adlaborastis, & nihil profecistis; cumque eritis morituri, inanes, vacuaeque manus vestras invenietis; omnia enim vobis amor proprius eripuit. Nonne absoluta necessitas est illi amoris proficisci? Quid vero dicendum, si vestros affectus excitat, si ad vitam, & nequissima scelera vos rapit; neque illum perdere conamini? semper ille magis convalescet; ac in dies roborabitur; vos autem quotidie infirmabimini, & gratia, semper minus foris erit, & efficacior. Idem.

Amoris proprii, charitativae discrimen ex opere utriusque, ac motuum diversitate dignoscitur. 1. Amor proprius efficit, ut ille, qui motus ipsius sequitur, in iis, quae bene agit, se unum spectet, ut sibi clanculum plaudat, vel ut omnes ipsum palam admirentur, alienas vero laudes non nisi cum dolore, ac tristitia audit: contra vero charitas facit, ut aliorum virtutes, tamquam singulare aliquid laudemus, atque admiremur; sin autem in se oculos converterit, se putat veluti objectum caelestibus altionibus dignum. 2. Amor proprius violentus est, vehementer, ferax, imperiosus, vult, quod jubet, & cupit illi adimpleri: charitas autem, ex Apostoli sententia, suavis est, lenis; facile cedit aliis, & operum suorum ac divinae largitatis effectus patienter expectat; cumque adversis agit, iis benedicit, a quibus patitur persecutiones. 3. Amor proprius semper intra se conclusus est, & si quando recte factis illinc egreditur, eo tamen redit quamprimum acceptam, vel speratam laudem secum ferens. 4. Amor proprius pro se tantum est, sua unice curat, nihil aggreditur, nisi ut aliquam percipiat utilitatem: Charitas vero non querit, quae sua sunt, sed Deum tantummodo respicit. 5. Amor proprius est singularis, eas tantum cogitationes admittit, quae a communi, & vulgo abhorrent: peculiare etiam devotione adoptat; rebusque in omnibus distinctionem querit, & diligit; charitas autem quodcumque singulare videtur, odit, ac nihil vult, quod sibi sit peculiare. 6. Amor proprius in pietatis exercitationibus suavitatem, & requiem inquirat, cumque hae desint, despondet animos, ac omnia deserit; sed charitas in iis, quae ad pietatem pertinent, quae a communi, & vulgo abhorrent: peculiare etiam devotione adoptat; rebusque in omnibus distinctionem querit, & diligit; charitas autem quodcumque singulare videtur, odit, ac nihil vult, quod sibi sit peculiare. 7. Denique amor proprius non alium pati ducem potest, quam arbitrium, voluntatemque suam; cum interim charitas Dei semper mandatis subiecta sit, & eorum consiliis, quorum est eam regere, & ad aeternam salutem intijugere.

Desumptum ex Auctore Anonymo. Sibimet, omnibusque cordis sui motibus jugiter est invigilandum, ut inhibeat plurimae rationes humanae, ac proprii amoris effectus fere imperceptibiles, sed fere iuges; tot secreta rerum suarum perquisitiones; tot artus amoris proprii, qui sanctissimi etiam hominibus elabuntur, nisi sibime-

Vigilans dum semper est contra dolos amoris proprii.

tipis sedulo invigilent; denique tot rationes minus delectatae, quae sese sanctissimis actionibus immiscerent, meritum earum imminuant, ac efficiant ut plurimi seipsos torqueant, & parum proficiant. Putamus a nobis Deum unum queri, cum semper nosmetipsos tantum inquiramus; commoda, existimatio, occulta superbia, amoris proprii secreta sunt, ac magna machinamenta, quae plerisque homines movent. Idem.

Nihil magis verum est, quam quod ait Sanctus Paulus, omnes videlicet querere quae sua sunt, non quae JESU CHRISTI. Nihil profecto amamus, nisi nosmetipsos, & ea, quae ad nos referuntur: Cumus tamquam desiderium, quo quidquid ferri debet. At numquid magis oppositum Evangelio fingi potest, quam hic amor, hae relatio, hoc centrum? Numquid apertius est, atque magis explicitum quam hae principia. Qui oculi venire possunt me, abneget semetipsum, ... Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam, qui autem perdidit animam suam propter me inveniet eam, Matth. 16. Natura, gratia, ratio, fides aperitissime docent, quod cum quidquid sumus, ex meta Dei largitate sumus, ut inquit Apostolus, tenemur omnino esse Dei, a quo cum omnia habuerimus, omnia iure ad eum referre debemus, atque hae in re suos imitari, qui jugiter fluctus agunt suos, ut tandem eos mari, a quo eosdem recepere, resiliant. Liber cui titulus: Colloquia Abbatis Joannis, & Eusebii Presbyteri.

Amor proprius nunquam senescit: cum annis regni sui eundem crevit auctoritas; adolescentibus non sine quodam impetu, senibus vero cum quadam specie tyrannidis imperat. Inde illa pertinax obstinatio in sententis suis mordicus asserendis, & consilio nunquam mutando. Tunc nempe nunquam sola ratiocinatur; passio, naturale studium, habitus prima semper suppeditant principia; cor majorem sibi semper obtinet partem, quam mens; hinc senibus nunquam contradicimus, quin eos exasperemus, & offendamus. Cordis praeventiones semper vehementiores sunt, atque pertinaciores; studia, quae nobiscum adolefunt, ac nutriuntur, sunt omnium prejudiciorum origo. P. Croiset tomo 2. Considerationum Christianarum.

Amor proprius principium est omnium malorum, quae in nobis sunt; omnium criminum scelera in se continet; & ceteros homines neque amamus, neque odimus, nisi prout eorum erga nos vivendi ratio amorem nostrimetipsum vel allicere, vel lacestere nobis videtur. Hic ergo inordinatus amor impugnandus est. Neque satis esse debet, illum in effectibus suis impugnare, hoc est nosmet corrigere, omnesque defectus auferre, in quos ille nos illexit, & impulit, sed ille ipse pro viribus oppugnandus, hoc est in ipso etiam ejusdem principio infirmandus est. Amor proprius non solum in nobis parit voluptatum amorem, & cupiditatem, sed seipsum quodammodo in corde nostro reproducit hoc in sensu, quod cum ipso mortui esse videmur iis omnibus, quae propter ipsum deperibamus, non possumus hoc inire consilium, ut tandem nobis etiam metipsis moriamur. Liber cui titulus De filiorum educatione, per J. Pic.

Amor proprius non solum ea omnia producit mala, quae a nobis proficiuntur; verum ea etiam bona, quae agimus, omnia corrumpit: hic fons immundus, ac lutulentus, in nobis existens generatim ea omnia depravat, quae inde emergunt; hae omnium incompotitum affectuum anima est; hic amor ille praeformans, ac universalis, qui semper ubique reperitur, & qui ubi reperitur, imperat. Affectus reliqui eas tantum vires habent, eum motum, quem ab illo recipiunt; odium eorum omnium, quae nobis utilia sunt, & amor eorum, quae nobis sunt noxia, duo sunt hujus proprii amoris effectus. Ut illum in nobis infirmate conemur, illum in utroque hoc effecta oppugnemus oportet; superandum est odium, quo ea quae nobis sunt profutura, perhorrescimus; auferendum est illud studium, quo in ea ferimus, quae nocent; prout sese nobis obtrahere occasio.

Amor proprius in omnibus rebus invenitur.

Amor proprius omniumque facinus malorum origo.

# ANIMA HUMANA.

Ejus Excellencia, Pretium; Quae illius cura sit habenda &c.

## MONITUM.

**D**E Animae nostrae natura, dignitate, perfectionibus, pretio, ceterisque dotibus, quibus a brutorum anima distinguitur, sermonem instituens videbor fortasse argumentum egredi nimis speculationibus referentem, nimis vagum, vel generale, atque a Philosopho, vel Theologo potius, quam a Concionatore pertractandum. Verum si animus advertatur ad eam rationem, quae potest tractari, ad eas veritates, quae complectitur, & morales conclusiones, quae inde possunt hauriri, nescio, utrum aliud invenitur argumentum ad morum disciplinam utilem, ad homines ad sanctam vitae genus amplectendum impellendum aptius, quam illis ob oculos, ut par est, obijcere, ipsorum animam manuum Dei eximium opus esse, ab eo creatam, ut ipsum agnosceret, diligeret, eique hae in vita famularetur, eodem postmodum in Caelis perfruatur. Ita enim excitari anima Christiana potest, ne terrenis rebus adherens dignitati suae summam dedecus afferat, ut suum finem, ad quem creata est, secum crebro recogitans ad Caestem gloriam assequendam sedulo, atque indefinenter incumbat.

Quae quidem veritates cum praecipua sint Ethice Christianae fundamenta; licet conijcere, argumentum hoc non utile tantum, ac necessarium esse, verum etiam aliter, aliterque posse pertractari ita tamen, ut semper vanae ejusdem pertractandi ratione ad mentem, animamque fideliorem excitandum maxime proficiat. Eam autem praecipue a nobis in medium proferentur. Illud tamen cavendum est, si peculiarem de hac re concionem velis habere, ne cum aliis, cum quibus multum similitudinis intercedit, hoc argumentum permisceas; hujusmodi porro sunt salutis nostrae negotium, cura, quae vitam, certamque aeternam felicitatem procurare tenemur, dignitas Apostolici muneris, quod est ad salutem animarum incumbere, atque id genus; quod facilius evitari poterit, si sibi eos cancellos statuas, ut de Animae hujus dignitate, pretio, fine; ejusdemque irreparabili excidio, ubi illius iactura fiat, quanti a nobis aestimanda sit, & quanti ab ipso Deo aestimetur, loquaris. Consilenda sunt insuper argumenta, quae materiam hanc praecipue videntur attingere, quorum singula proprio loco tractabimus. Operae tamen pretium puto, scire, in Scripturis Animae vocabulum ad hominem significandum passim usurpari, & eas prerogativas omnes, quae homini tribuuntur, hinc ob id videlicet convenire, quod ad Animam, partem ipsius nobilissimam pertinent.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum in hoc argumento Scriptura.

**P**RO textu illa asserendo verba, Cujus est imago haec, & superscriptio? Matth. 22. tres insinui quaestiones possunt, vel tres verbis iidem sensus appingi, qui justam concionis partitionem suppeditent.

Primus sensus, vel prima quaestio: Cujus est imago haec? Quem representat, ad quem prototypum emissa est? Hae sane Dei ipsius est imago perfecta, hae illum reit; unde inferri potest, quod cum juxta praestans adeo exemplar eformata fuerit, nihil nisi magnum, ac sublime potest representare. Deinde ostendendum est, quantum in re illum representet, natura videlicet, operationibus, libertate, duratione, vel etiam quomodo tres animae potentiae vere constituant imaginem Entis illius infiniti, intelligentis, omnipotentis &c. atque inde inferendum quemadmodum anima natura divina perfecta imago est, ita eundem exprimere etiam debere moribus, & sanctitate, quae quidem ultima sunt lineamenta, quae addere oportet; & ad hoc a Deo animam fuisse creatam.

Quaestio secunda: Cujus est imago haec? Quis est auctor? Quemadmodum egregiam aliquam inuenientes tabulam querere consuevimus, cuius sit? quinaam artifex adeo eximium opus elaboraverit? Tunc vero respondebitur; Dei esse, Deum animam creasse, eamque ad imaginem, ac similitudinem suam compogisse. Ubi de animae praestantia iudicium ferre est; ex eo modo, quo creata fuit, quod enarratur in Bibliis. Inspicavit in factem eius spiraculum vitae. Genes. 2. Hinc ostendendi aditus patet, illam spirituale esse, ac praer brutorum animam nobilitatem; eandemque mox a Deo per gradum tribuit, quam omnino pulchritudinis perfectione conferre possint, fuisse reformatam. Unde argue licet, sedulo inspiciendum esse, ne illa iterum per peccatum conquinetur &c.

Tertia interrogatio: Cujus est imago haec? Ad quem pertinet? Quinam illius Dominus est? quis de illa disponere potest? Facilis patet responso, ejus esse, qui eam creavit, & creavit sibi, propter quod in usus suos, & secundum mentis suae arbitria opus aliquod perficit. Hinc sequitur, non licere Hendry Bibl. Tom. I.

nobis, nosmet alteri cuipiam tradere; animam nostram pro Deo factam esse, nihilque praeter unum Deum eidem satisfacere posse, eumque animae nostrae, tamquam rei suae ex nobis rationem expetiturum.

De exiguo eo pretio, in quo ab hominum plerisque habetur anima, quod triplici tentantur abusu, qui in eorum vivendi, agendique ratione deprehenditur.

1. Nobilis, & pretiosa est, quoniam ad Dei imaginem, & similitudinem emissa, eamque Deus quibuscumque creatis rebus anteposit: attamen nonne parvo a nobis habetur in pretio? Quis non videt, qua negligentia virtutes queramus, quae eisdem ornamentum sunt, ac divitiae? quam parum caute peccata, quae illam conquinant, atque dedecorant, effugiamus? &c.

2. Libera est actionum suarum Domina, immo ad id facta, ut quibuscumque rebus hujus terrae dominetur: & nihilominus miseram servituti, passionibus suis sibi patitur dominari, sese corpori subiecit, atque ut Sanctus Paulus ait, facit voluntatem carnis, ac sub Domonis servitute versatur per peccatum ejusdem imperium acquiritis.

3. Immortalis est; ideoque facta, ut bonis perfruat aeternis. Plerique tamen vivunt, quasi Anima una cum corpore esset interitura, ac nihil aliud sperandum in altera vita superesset.

Hoc ipsum argumentum aliter esse potest ostendendo 1. Animam cum in substantia sua sit spiritualis, a nobis dejecta, ac de sua dignitate gradu deturbata terrena tantummodo cogitantibus. 2. Illam factam esse, ut praesit corpori, eoque iis in actionibus utatur, quibus finem suum, hoc est aeternam felicitatem potest acquirere; illam tamen sese huic corpori subdere, quod semper suis subiectum imperii habere deberet, prohibens, ne contra spiritum rebellet. Tertio creatam esse, ut aeterna in Caelis gaudeat felicitate; quae tamen aeternam permanere vellet in terris, eo quod per summum nefas terrena diligit, atque illis inhaeret.

Quo in pretio a nobis anima sit habenda, & quibus de causis iis omnibus, quae Deus minime sunt, sit praerenda.

II.

III.

IV.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.